



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicæ, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

Erotemata Ecclesiastica

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Auctor benevolis Studiosis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94604](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94604)

Auctor benevolis Studiosis.



Atque auxesi loquar, si longissimo tempore, Patavinorum Antistitum jussu, me gravissimam, inter alias, hanc sarcinam portasse dixero, onus scilicet examinandi tum Clericos ad Ordines, tum Confessarios ad Sacramenti Pœnitentiæ administrationem; quod munus me impulit, EROTEMATA hæc Ecclesiastica ex neotericis Theologis, ac Canonistis demere; ut viros etsi doctissimos, præcipuè Regulares, obedientiæ meritum, & laboris præmium in audiendis Confessionibus habituros, quæ decebat comitate, & facilitate interrogando experirer, & experimentaliter examinando approbarem.

Has easdem interrogationes, quibus tanquam sarculis, & ligonibus diu in spiritali cultura hujus spiritualis Vineæ Patavinæ utebar, senio tandem arreptus, & multo jam fractus membra labore, reposueram; quas cum amicorum plures inspexissent, vehementi sunt orexi excitati, ut eas typis darem, fisci pergratas Parochis, Confessariis, Ordinandis, Examinandis, nec non Examinatoribus futuras, tum ob brevitatem in interrogando, & in respondendo; tum ob casus non metaphysicos, ut ajunt, sed quotidie occurrentes in praxi, quæ egent, qui incessanter in animarum cura operantur; siquidem juxta Proverbium: Practica fit pluris, quàm tota Scientia juris.

Amicorum itaque inclinatus instantiis, ut hæc EROTEMATA benevoli Studiosi amice velint apud se hospitari, amicitèr insto; spondens iisdem, Decisiones De Sacrificio Missæ, quas eorum expectat humanitas, me brevi in lucem editurum.

Hæc Studiosis benevolis dixeram, quatuor ab hinc annis, in prima hujus libri editione. Nunc, cujus editio secunda fit, ob prioris felicem exitum, addere cogor, in veræ, erga studentes, observantiæ meæ testimonium, me relegisse eadem Erotemata, & pluribus in locis, novis quæsiis, ac responsis locupletasse; & signasse opiniones illas, quæ nunc cadunt sub damnatis Propositionibus, quas omnes, scilicet Alexandri VII, Innocentii XI, ac Alexandri VIII, imprimi curavi in fine libri, cum aliis novissimis Decretis, & Constitutionibus Pontificiis ad majus Studentium commodum, & utilitatem.

NOI REFORMATORI Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per fede di revisione, & approbatione dell
P. F. Ambrosio Lifotti Inquisitore nel Libro intitolato: *Erotemata Ecclesiastica Joannis Clericali Præpositi Patavini*, non esservi cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Principi, & buoni costumi, concediamo licenza, che possi essere stampato osservando gl'ordini in materia di Stampe, & præsentando le solite copie alle publiche Librarie di Venezia, & di Padova.

Dat. li 21. Febbraro 1697.

{ Sebastian Foscarini Cav. Proc. Reform.
{ Girolamo Venier Cav. Reform.

Agostino Gadaldini Segret.

IN-